



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

Sacramentvm Altaris, Qvomodo Paterfamilias simplicissimè suam familiam
de eo docere debeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

Si verò quis non sentit, se onerari talibus aut gra-
uoribus peccatis, is non sit sollicitus, nec querat
fingat peccata, nec ex Confessione carnificinam fa-
ciat, sed vnum atq; alterum peccatum sibi notum re-
tinet, vt: In primis confiteor, me ab usum esse nomi-
ni diuino, verbis impudicis vsurum, hoc vel illud neglexi
&c. Sic sanè quietat animus.

Si verò planè nullius tibi conscius es, (quod prop-
riè impossibile est) nullum etiam in specie re-
tinet, sed accipias remissionem, facta generali confes-
sione, quam coram Deo ad ministrum pronuncias.

Respondeat autem minister: Deus tibi sit propiti-
& confirmet fidem tuam, Amen.

Interroget etiam confitentem: Num meam rem-
issionem credis esse Dei remissionem? Affirmanti & cre-
denti porrò dicat: Fiat tibi, sicut credis. Et ego ex
mandato Domini nostri IESV CHRISTI, remitto
tibi tua peccata in nomine patris, Filij, & Spiritus san-
cti, Amen. Vade in pace.

Qui verò conscientias habent afflictas, tentatas
mœltas, eos minister pluribus sententijs scripturæ sa-
cientibus ad fidei incrementum consolabitur.

Hæc, quam commemorauimus, tantum est puerili
& communis forma Confessionis pro simplicioribus
& rudioribus.

SACRAMENTVM AL- TARIS, QVOMODO PATERFA- miliâs simplicissimè suam familiam de eo docere debeat.

Quid est Sacramentum altaris?

RESPONSIO.

Sacramentum Altaris est verum corpus & verus san-
guis Domini nostri IESV CHRISTI, sub pane & vino

nobis

nobis Christianis ad manducandum ac bibendum ab ipso Christo institutum.

Vbi hoc scriptum est? Responsio.

Sic scribunt sancti Euangelistæ, Matthæus, Marcus, Lucas & sanctus Paulus:

Dominus noster IESVS CHRISTVS, in eâ nocte, qua traditus est, accepit panem, & postquam gratias egisset, fregit & dedit discipulis suis, dicens: Accipite, comedite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in mei commemorationem.

Similiter & postquam cœnauit, accepit calicem & cum gratias egisset, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, Hic calix nouum Testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis effunditur, in remissionem peccatorum: Hoc facite quotiescunq; biberitis, in mei commemorationem.

Quid verò prodest, sic comedisse & bibisse?

R E S P O N S I O.

Id indicant nobis hæc verba: Pro vobis datur & effunditur in remissionem peccatorum, Nempe, quod nobis per verba illa in Sacramento remissio peccatorum, vita, iusticia & salus donentur. Vbi enim remissio peccatorum est, ibi est & vita & salus.

Qui potest corporalis illa manducatio tantas res efficere?

R E S P O N S I O.

Manducare & bibere ista certè non efficiunt, sed illa verba, quæ hîc ponuntur: Pro vobis datur & effunditur.

fundi-

funditur in remissionem peccatorum, quia
verba sunt una cum corporali manducatione caput
summa huius Sacramenti. Et qui credit his verbis,
habet, quod dicunt, & sicut sonant, Nempe, remissionem
peccatorum.

Quis videtur hoc Sacramento digne?

R E S P O N S I O,

Ieiunare & corpus suum præparare, est quidem bona
& externa disciplina. At ille est verè dignus ac præparatus,
qui habet fidem in hæc verba: **PRO VOBIS
datur & effunditur in remissionem peccatorum.** Qui verò
his verbis non credit, aut de illis dubitat, ille est indignus
ac imparatus. Quia hoc verbum, **PRO VOBIS**, postulat
omnino cor, quod Deo credat.

**QVO PACTO PATRES
FAMILIAS SVAM FAMILIAM
formas Benedictionis, vnam manè,
alteram vesperi dicendam, simplicissimè docere debeant.**

Manè cum surgis è lecto, signabis te signo sanctæ crucis, dicens:

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Deinde innitens genibus, vel stans, dicas Symbolum & Orationem Dominicam. His potes & hanc præcætiunculam addere:

GRatias ago tibi mi Pater cœlestis, per Iesum Christum Filium tuum dilectum

quod